



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio LXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

## DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P· M.

mus, quia ex nouissimis facit primos.

Q VI A docet horrere pœnas, immo facit liberos a pœna, quod est solūmodo iustorum. Nullus enim indiget indulgentijs, nisi seruus pœnarum, id est, qui non calcat eas, contemptu superbo eis dominans, sed premitur illis & fugit eas, sicut puer ab umbris noctis & tenebrarum, & tamen permittuntur liberi, cum iusti etiam subiecti sint pœnis uarijs.

## C O N C L V S I O L X V .

Igitur thesauri euangelici rhetia sunt, quibus olim pîscabantur uiros diuitiarum.

S IC enim Apostolus, Non quero uestra, sed uos. Et Christus faciat uos fieri pîscatores hominum. uerbum enim dulce, trahit uoluntatem, immo facit uoluntatem hominis in Christum Vnde S. Petrus in urbe pîctus pîscator, dicit, Ecclesiam pro naue rego, mihi clivata mundi Sunt mare, scripturæ, rhetia, pîscis, homo.

## C O N C L V S I O L X V I .

Thesauri indulgentiarum, rhetia sunt, quibus nunc pîscantur diuitias uirorum.

H ANC puto ex dictis clarā, quia per remissionses pœnarum homo nō sit melior, nec trahitur plus ad deū(hoc enim solo uerbo Christi sit) cum sint uerba hominis, dantis licentiā ac relaxatiōnem magis q̄ capientis & ligantis. Quod si aliquid capiunt, certe nihil nisi pecunias, non aut animas capiunt. Non quod da mne istud negotiū pecuniarū, contribuendarū, immo meo iudicio, uidetur, dei prouidentia id curare in isto negotio, ut cū sit uilissimū inter dona & officia ecclesiæ, nec dignū in futura uita coronari, saltem in hac uita, uel modica pecunia remuneret, ut nihil maneat irremuneratū, q̄q̄ olim gratis siebat relaxatiōnes.

## C O N C L V S I O L X V I I .

Indulgentiæ, quas cōcionatores uociferant maximas gratias, intelliguntur uere tales, quo ad quæstū promouendū.

S IC enim audet audax ignorantia, ut maximū uocet, quod minimum est, & relinquuntur tum populo iudicium, & facultas

K ij